

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Misericordia aq  
cum fontibus primis

In regno caeli coram omnibus angelis  
in conuentu resurgencium, quod Abel  
passus sit, quod mundum seruauit Noe,  
quod Abraham fidem seruauit, quod  
Moyses legem tulit, quod Petrus  
crucem resupinus ascendit,  
Deus tacet et clamat solum  
quod pauper comedit,  
dicens: esuri.

Qui enim  
misericors est, misericordia dignus est.

Petrus Rauennas in quodam sermone  
exponens illud Matthei XXV.: Esuri et  
dedistis michi et cetera.

Nimis est quid sapit deo pauperis cibus:  
qui totius creaturae bona non esurit,  
saginaturn se in esca pauperis  
prophetizat  
in regno caeli coram omnibus angelis,  
in conuentu resurgentium. Quod Abel  
passus sit, quod seruauit mundum Noe,  
quod Abraham fidem cepit, quod  
Moyses legem tulit, quod Petrus  
crucem resupinus ascendit,  
deus tacet, et hoc clamat solum:  
quod comedit pauper.

Petrus Chrysologus, *Collectio*  
*sermonum*, 14.4 (CCSL 24, A. Olivari  
ed., pp.89-90, ll.45-52).

Misericors enim misericordia dignus est,  
misericordia enim amat misericordiam.

Guilielmus Alvernus, *Sermones*  
*dominica in Quadragesima*, 2 (Opera  
omnia, tom.2, Paris, 1674, p.221).